**UBI CARITAS ET AMOR**
Gregorian Chant for Maundy Thursday
IV Century AD
arr. Morten Lauridsen, 1998
"This is my commandment, that you love one another as I have loved you." -- John 15:12

| | |
|---|---|
| *Ubi caritas et amor, Deus ibi est.*<br>*Congregavit nos in unum Christi amor.*<br>*Exultemus, et in ipso jucundemur.*<br>*Timeamus, et amemus Deum vivum.*<br>*Et ex corde diligamus nos sincero.*<br><br>*Ubi caritas et amor, Deus ibi est.*<br>*Simul ergo cum in unum congregamur:*<br>*Ne nos mente dividamur, caveamus.*<br>*Cessent iurgia maligna, cessent lites.*<br>*Et in medio nostri sit Christus Deus.*<br><br>*Ubi caritas et amor, Deus ibi est.*<br>*Simul quoque cum beatis videamus,*<br>*Glorianter vultum tuum, Christe Deus:*<br>*Gaudium quod est immensum, atque probum,*<br>*Saecula per infinita saeculorum.*<br>*Amen.* | Where charity and love are, there God is.<br>The love of Christ has gathered us into one.<br>Let us rejoice and be glad in Him.<br>Let us fear and love the living God.<br>And let us cherish each other sincerely from the heart.<br><br>Where charity and love are, there God is.<br>As we are gathered into one,<br>Let us take care, lest we be of divided minds.<br>Let ill-willed disputes subside, let debates be set aside,<br>And may Christ our God be in our midst.<br><br>Where charity and love are, there God is.<br>And may we with the saints also,<br>See Thy face in glory, O Christ our God:<br>The joy that is immense and good,<br>From age to endless age.<br>Amen. |

NOTE: Following more ancient manuscripts, the Roman Catholic Missal since 1973 says"Ubi Caritas est vera" ("Where true charity is")